Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26089
Copyright: Admont, Benediktinerstift

ea non ad iudicium sed ad remedium per sacerdotes suos
ministerium dispensabit. Si uero aliquem uiderit ad ulte
rum ebriosum. cupidum et superbum timeo ne hoc illi
dicat quod in euangelio dns ipse predixit. amice
quomodo huc intrasti non habens uestem nupualem et
qd dns auertat fiat illud quod sequitur. ligate illi ma
nus et pedes et iicite eum in tenebras exteriores. ibi
erit fletus et stridor dentium. Ecce qualem sententiam in
die iudicii excipiet. qui sine remedio penitentie ad fes
tiuitatem dni utriusque sordibus inquinatus accesserit. In
natale enim dni frs kmi quasi nupturus spiritalibus spon
se suae ecclae xpi adiunctus est. Veritas de terra or
ta est et iustitia de celo prospexit. ipse processit sponsus
de thalamo suo. hoc est uerbum di de utero uirginalis
Processit enim cum sponsa sua ecclia. idest humanam
carnem sumpsit. Ad istas igitur tam sacras nupcias in ui
tatur. et ad conuiuium patris et filii et spiritus sci inuitatur
uidere quibus indumentis debeamus ornari. et ideo mun
demus quantum possumus cum di adiutorio corda simul
et corpora nra. ut celestis ille inuitator nichil in
nobis sordidum nichil fetidum nichil obscurum.
nichil oculis suis deprehendat indignum. Hec igitur